

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

me penitus committo. offero aulem pro peccatis
 meis aeterno Patri dilectissimi unigeniti sui sanc-
 tissimam passionem, crucem, mortem, in cuius
 ius meritis infinitis, nec non in precibus B.
 V. Mariae Matris eius, ac sanctorum, Electorumq[ue]
 Dei, pauper et inops ego peccator in omni hu-
 militate confido, et iis solus inritor, et immori-
 concupisco omni tempore, et momento.

Ad summam Dei gloriam offero etiam me ipsū,
 velut hostiam vivam Domino Deo meo ad per-
 ferendam iuxta sanctissimam eius voluntate
 patienter, et ex vero amore, omnem languoris
 acerbitalatem, atq[ue] ipsam mortem, et quid mihi
 Dominus Deus meus in tempore et aeternitate
 immittere voluerit. itaq[ue] ex pura ac vera dilectio-
 ne cum perfecta mei resignatione ad omnem
 penam pro honore divinae iustitiae toleranda
 animo spontaneo me offero. Fiat sanctissima
 voluntas Domini Dei mei salvatoris in
 tempore et aeternitate. Ignosco etiam, et dimid-
 to ex toto corde omnibus inimicis meis, usq[ue] uni-
 versis, qui me afflixerunt, odio habuerunt, aut
 quomodocunq[ue] nocuerunt, vel nocere voluerunt.
 Utinam omnibus morte mea perfectam ac stabilem
 Dei amicitiam conciliare, eorumq[ue] salutem aeter-
 nam perficere possim.

Caput XI.

Commemoratio, et oblatio passionis
 Christi ad impetrandam peccatorum
 veniam.

S. Franciscus in extremis positus histori-
 am Christi patientis ex Evangelio sibi pra-

legi iussit: hoc ipsam quilibet moribundus, si
 lamen magnum anime suae solamen, ac speci-
 alem gratiam, maxime vero remissionem om-
 nium peccatorum suorum à Deo obtinere
 cupit, facere debet, vel, si mavult omnia pas-
 sionis mysteria per modum oblationis breviter
 recolat, prout sequitur.

Heu dulcissime ^I Jesu, quando recordor, quàm
 dire pro me vulneratus sis, et quòd à plan-
 ta pedis usq; ad verticem non sit in te
 sanitas, valde doleo, magisq; dolere cupio,
 quòd hactenus in te benignissimum Redemp-
 torem meum adeò ingratus fuerim, teq; gra-
 viter toties offenderim.

O Amantissime ^{II} Jesu ego pro universis de-
 lictis culpis, vanitatibus, et negligentis meis
 offero tibi vincula, verbera, convitia, blasphemias,
 alapas, colaphos, sputa, atq; alia in-
 iuriarum genera, quas in domo Annae, et
 in domo Caiphae per totam noctem passus
 fuisti. ^{III.}

Offero tibi inauditam illam ignominiam
 quam sustinuisti, quando casus, consputus,
 et vinctus mane ducebaris ad Pilatum,
 deinde à Pilato ad Herodem, à quo con-
 temptus, et ridicula vestis probro affectus
 es. ^{IV.}

Offero illam acerbissimam penam, quam per-
 spexus es, quando ad columnam ligatus di-
 re flagellabaris, tum spinis coronabaris,
 ac demùm ad calvariae locum crucem propriam
 baiulans ignominiose protrahebaris.

Offero tibi atrocissimos illos dolores, quos passus es, quando sanctissimi tui corporis vulnera vestimentorum detractioe innovabantur; quando manus, et pedes tui cruci cum summo dolore affigebantur.

Offero tibi incomprehensibiles illos cruciatus, quos pertulisti, quando tormentis totus expositus miserabiliter in cruce pendebas, medius inter latrones, et quando vehementissima siti aestuans acetum potabaris, et a Judaeis subsannabaris.

Offero illas angustias dulcissimi cordis tui, quas passus es, dum clamore valido dixisti; Deus Deus meus ut quid dereliquisti me, et inclinatum capite emisisti spiritum.

Haec offero tibi o benignissime Jesu tuamque immensam pietatem deprecor, ut horum omnium meritis veniam omnium iniquitatum, ac negligentiarum mearum mihi indulgere digneris. Eia suavissime Jesu totam vitam meam nimis indignam, ac peccaminosam purissimam sindone passionis tuae involve, meque meritis tuis exorna, et exornatum tibi inseparabiliter coniunge, ut te in aeternum frui merear.

Caput XII.

Aspirationes infirmi ante et post sumptionem s. Viatici.

Ante sumptionem.

Unde hoc, ut veniat ad me, Rex regum et Dominus dominantium, coram quo